32

IN NVPTIIS

Illuſtriſſimorum DD.

COMITIS IOANNIS BORROMÆI, ET
DOMNÆ MARIÆ LIVIÆ LANTIS
BORROMÆORVM INSVLÆ
VERBANVS LACVS

GRATVLATVR:

EPITHALAMIVM ITALICOLATINVM

Hilarij Langieti Sacr. Theol. Doct.



MEDIOLANI,

Ex Typographia Caroli Franciſci Rollæ.

M DC LVIII.

IMPRIMATVR.

Fr. Vicarius Sancti Officij Mediolani.

Carolus Ghioldus Theol. S. Nazarij pro Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. D. Archiepiſcopo Mediol.

Franciſcus Arbona pro Excellentiſs. Senatu.

Digitized by Google

Illuſtriſſimo Domino

HIERONYMO

DE TALENTIS DE FLORENTIA

Reg. Duc. Senatori Marchioni Centurbiæ Domino Olenghi, & Pertinen. & ex LX. Decurionibus, &c.

Hilarius Langierus Fel.

BOrromeorum Inſula, Verbano Patre; quinimmò dicere auſim DROMADIBVS, MONOCEROTIBVS AQVILIS, LILIIS STELLIS, CORONIS, FRÆNIS, ANNVLIS, VNDIS, quid ſcio REPAGVLIS in NVPTIIS ILLVSTRISSIMORVM DD. COMITIS IOANNIS BORROMEI, & DOMNÆ MARIÆ LIVIÆ LANTIS præ gaudio, pene dixerim, exilientibus, nimium quantum à me metipſo defeciſſem, quippe cui ipſiſmet Nuptijs DD. meorum tanto Lætandum eſt iure, ni aliquod peculiare lætitiæ oſtendiſſem indicium, quod; quin typis imprimeretur, cum ne-

 qua-

quaquam abnuere valuerim, ſub cuius auſpicijs prodiret in lucem te dignior Illuſtriſſime Domine, occurrit nemo, tum quia, cum ipſos Dominos tanta affinitate, tantàque neceſſitudine contingas, non minus proſperis de eorum ſucceſſibus gratularis, quàm læteris de tuis: tum maximè, cum ſit amica MVSIS AVRORA, ipſæ tuum ad præclariſſimum ſtemma, quàm libentiſſimè cõfluunt, vbi EXCITANTVR AD CANTVM, ac mea præcipuè, vt quæ perpetuò contumulata ſomno ediſcet VIGILARE, ni mauis, à tua quàm maturrima SPICA, quæ maturitate inclinatur, ac PENDET ONVSTA verum ſe ſe dimittendi modũ apprehendet humilima: vtcunque ſit. vnum te rogatum velim Illuſtriſs. Domine, eiuſdem ſcilicet meæ Muſæ, quæ iam dudum tua eſt, cum nulli, tum maximè huic non aliàs aſſuetæ cantui, nimis profectò raucum, ne dedignere ſonorem, verùm Senatoriæ tuæ frontis, ne dicam regalis Maieſtatis Præſentiæ illam digneris aſpectu; ſic enim ipſius Inſulæ, ipſiusmet PATRIS VERBANI, totius BORROMÆIDI ſtemmatis: at potiſſimum mea; non modo non minuetur: ſed magis, magiſque creſcet, ac augebitur lætitia. Vale.

Dell'

Dell' Autore

L' AQVILA AL SVO SOLE.

QUando penſo al mio SOL, che co'ſuoi rai
M'incēde, e'nfiamma'l cor di giorno, in giorno
L'alma mia non prouò ſi bel ſoggiorno,
Ne così lieto in queſto Mondo mai,

E s'egli auien, che co' ſuoi lumi gai
A l' ALTO VOLO mio s'aggiri intorno,
Del Ciel pien di ſplendor, de' raggi adorno
La mente mia più fiammeggiante è aſſai:

Mà ſe per auentura à l' infiammato
Mio ciglio ei drizza il bel de' ſuoi ſplendori,
Che ſon de le mie fiamme il centro amato:

Forza è ben, che'l mio cor trà quegli ardori
Venga meno, e languiſca incatenato
Frà l'ANELLA, e trà l FREN de ſuoi feruori.

Digitized by Google



Illuſtriſſ.mæ, & Excellentiſſimæ

DOMNÆ COMITISSÆ
IOANNÆ CERIÆ
BORROMÆÆ &c.

AVCTOR.

IAM ſatis Terris viridi colore
Frondibus ſurgit tua PLANTA plena:
Iam ſatis florum rutilat ſerena;
Namque ſunt flores rutilo nitore.

Somnium Plantam rutilaſſe honore
Iam ſuit Fati. celebris catena
ARBOR eſt CESIS rutilans amœna
Sortis aeterna ſupero decore,

ANNULI cuius TRIPLICES coronis
Purpura, ſceptris radiant potentes
Seculis cunctis, alÿsque donis:

At ſibi iunctis AQUILIS nitentes
LANTEIS Sols, ſuperisque pronis
Aduolant cælum, rapiuntque mentes.

EPITHALAMIVM
Italicolatinum

Cælo ſole fugato:
Iam nox curru ſtellato
Deſuper Terris tenebras leuabat,
Et Phœbi ſoror bellis
Luce ridebat comitata ſtellis:

Quando Paſtor Filenus
Triſti mærore plenus
Ortus in Ripa Viridis Lacunæ
VERBANI ſui mæroris
Atri cauſas dabat, & doloris,

Dumque magis mærebat,
Et VERBANVS lugebat,
Morte qui cruda placida ISABELLÆ
Rauco ſtrepens clangore
Cuncta replebat tremulo ſonore:

En face permicanti,
Et ore iubilanti,
Splendidis alis, celeri volatu
Stat Hymenæus, qui monte
Emicat ſummo rutilante fronte,

Digitized by Google

Aquas inde fluentes
Solans, atque lugentes,
Luce caleſti, radijs beatis
Sparſas vbique Nymphas
Fontium veſtit, nitidasque lymphas:

Mox, vt lingua canora,
Et voce perſonora
Dixit aternum COMITIS IOANNIS
Fœdus cum LIVIA amatum
Vertit ad ſtellas rapidus volatum.

LACUS aura ſilenti,
Et vnda ſitienti
Hauſit vt vocis modulos canoræ
Dulci ſplendore amœnus
Factus eſt gaudens animo ſerenus;

Frondibus hinc ornatus,
Et altis coronatus
Montibus frontem tremulam ſub aſtra
Tollit reddens attentos
Aeris campos, auidosque ventos.

Vidit valles, & colles,
Et frondes rore molles,
Vidit & campos roſeos, & herbas;
Aſpexit lilieta
Veſtibus, ſaltu, facieque læta.

Hic

Hic cum Nymphis Dryades,
Et lata Hamadryades,
Ordo Muſarum celeres choreas
Huc, & illuc ducebant,
Et melos plectris varium canebant;

Hac verò cum ridentis
Vincerent io dicentis
Inſula Ripa medio locata,
LACUS oculos fixit
Eius in plauſum, meritòque dixit.

Inſula fortunata
COMITUM decus nata:
Principum ſedes: Charitum domusque,
Regibus coronatis
Cara; quin ipſis ſtatio BEATIS:

Tu mihi margarita
Ipſa carior vita:
Tu mei cordis medium fluentis
Spernis iniquas ſtellas
Fuma, ne dicam rapidas procellas;

Tu ſplendore regali,
Et pompa imperiali,
Purpura, ſceptris, rutilis coronis,
Queis ſemper floruiſti
Seculis cunctis celebris fuiſti:

Stirpis cuius ornaris
Ramis, & coronaris
Singulas frondes ſuperas referre
Neptuni ſeret ſtillas
Dicere, & Phœbi rutilas fauillas:

Hic floret triumphalis
ANICII imperialis
Sanguinis germen celebris per orbem;
Dum fecit flammis iræ
Æquor eccelſum Tyberim ſubire:

VITALIANI ardores,
Et IUSTINI fulgores
Martis hic fulgent, quibus Aula mille
ANTENORIS honorum
Iactat, & ſplendet totidem nitorum:

Ex hac ſtirpe natale
Deduxit auguſtale
Celſa ſtirps SUECI, ſobolis ſupremæ
Qua Germanico Auguſto
Tot dedit Martes ſimiles vetuſto:

Hic gloria IOANNIS
Suis Æuum æquat annis
Barbaris dextra domitis potenti,
Qui reportauit FRÆNUM
Stemmate eccelſo radys ſerenum:

Quam

Quàm ſis ſublimis Marte
Oſtendunt mille chartæ:
Pauca me raucum ſatis eſt locutum:
Plura tuba canora
IULIUS CÆSAR cecinit ſonora:

Inſula fortunata,
Heſperides beatæ,
Inuident Montis tibi cuncta Pindi:
Tu tu dignior ſtellis,
Quàm mea lympha rapidis procellis:

Quamuis non deſint ſtellæ,
Quibus mices perbellè;
Quin tibi cælum rutilum micanti
Cedit dum plures ſoles
Deſuper ſtellas numerare SOLES;

Nam CAROLI ſuperni;
Et FRIDERICI æterni:
MAXIMI cælo radij nitentes,
Et IUSTINÆ ſplendores
Solis æternos ſuperant honores

Et licet ISABELLA
Stirpis reſplendens ſtella,
Cuius ardenti radio micabat
Cæli campos amœnos
Luce duntaxat faciat ſerenos;

En

En cælum te ridentis,
Et tibi prælucentis
Syderis ſpargit radio ſupremo;
Dum tuos ad ſplendores
LIVIÆ iungit niueos colores:

Hac fax e LANTÈO Cælo,
Nullo quod latens velo
Luminum claris radijs refulget:
Cum tanto micet oſtro
Iungitur cælo pare luce noſtro:

Terris non ſunt tot caſtra,
Nec cælo ſunt tot aſtra,
Solis accenſi radij vibrati
Non ſunt tot, nec tot læta
Prata, nec Pindi ſacra liliæta:

Quot ſunt fulmina Martis
Omnibus clara chartis
LANTEO Cælo rutilante fixa:
Quot, qui gemmis librorum
Gloriam augent Aonidum ſororum:

Hic ſplendor LVDOVICI
Tibi ame poſſet dici,
Qui niteſcebat prope SOLIS ORBEM
Ter maximè adorandi
Filio tantùm, meritoque grandi:

M. AR.

MARCELLUM CARDINALEM
Memoria immortalem
Pauperum patrem celebrem: probatum
Ob rara animi dona
Omnibus dignum triplici CORONA

Poſſem fusè narrare;
Et aſtris comparare
LANTEAM STIRPEM merito potenti
Coniunctam Coronatis
Eſſe; quinimmò PATRIBUS BEATIS:

Uerùm cum ſatis clarum
Tibi ſit, & praclarum
Nomen aternum COMITIS IOANNIS,
Et LIUIA ſplendore
Sit ſatis diues proprio nitore:

Tua de ſorte diuina
Inſula peregrina
Pars mei cunctis celebranda ſeclis
GRATULOR oliuetis,
Et tuis cedris ſimul, & roſetis;

Nam nec legi in ſtellatis
Cali ridentis pratis
His meis ſemper tremulis ocellis
Frontes ſic refulgentes
Ueris aterni ſpeciem ferentes:

Ha tuis arridendo
Delicijs, & plaudendo
Te ſuis reddent oculis amœnam;
Et mage fortunatam,
Et ſuo riſu facient beatam:

Quamuis ſit plus amandus,
Et magis admirandus
Ille virtutum, Charitumque cœtus
Ambo, quibus ornantur,
Et quibus cunctis Populis amantur:

Penelope diſtinxit
Telas, acu depinxit
Caſta tunc quando Patrijs Ulyſſes
Uixit longe: immortale
Palladis fertur ſtudiumque tale;

Quale noſtræ Regalis,
Et ſponſæ imperialis
Uirginis conſtat ſtudium fuiſſe,
Et non ſunt parua bona
Palladis celſæ meruiſſe dona,

Nec mihi ſunt tot ſtellæ,
Nec Phœbo tot ſintillæ
Æfluo quando tumidus reſurgens,
Et ille flammas librat
Orbe reſplendens, medioque vibrat;

Quæ

Quot virtutes IOANNIS
Sunt vſque à primis annis,
Et quibus tantum reſonat per ora
Eius nomen mirandum
Seculis cunctis ſuperis amandum.

Satis ſit me dixiſſe
Apollinem feciſſe,
Et ſimul Martem COMITEM IOANNEM
Sibi ſedem regalem.
Rem puto nullum meruiſſe talem!

Interim PAX AMOENA
Adſit luce ſerena,
LIVIÆ iunctis AQVILIS MARIÆ
ANNVLIS BORROMÆIS,
Melle, qui praſtant folijs Hybleis.

Neſtoris annos voluant,
Et ætatem reuoluant
Auream Parcæ placidæ ſorores,
Vt diu (fas eſt fore)
Poſſit hoc FOEDVS rutilare amore.

Inſula proſilires,
Et præ gaudio geſtires
Si tibi natos numero referrem;
Hac ſtirpe qui floreſcent,
Et ſuis natis iterum niteſcent;

Digitized by Google

Verùm cum feſtinantes
Felices huc Amantes
Hac mea læta radiante fronte
Cernam: verba ſuſpendo
Res tibi tantas referens ſilendo.

Sic locutus VERBANUS
Se ſtravit perhumanus
Nobili curſu, viridique pompa
Ima fronte ſubſtratum
Se putans remis validis beatum.

Hic protulit
Verſus cariſſima
Aſtra gratiſſima
Filenus hæc
Amabilis
Laudetur lux,
Et admirabilis
Æternus Dux.

Et

Et ſaliens
Pulſa triſtitia
Grandi lætitia
Vix ſtetit, cum
Apparuit
Læta omnis frons,
Atque comparuit
Sic omnis Mons.

Cum Fœderis
Aura micantibus
Linis volantibus
Dum ventus flat
Citiſſima
BIREMIS, quàm,
Et ILLVSTRISSIMA
Appulit iam.

Digitized by Google

Hic INSVLÆ,

Quæ fuit gloria
Digna memoria
Non poteſt mens
Concipere,
Et felix mox
Quàm fuit dicere
Non poteſt vox.

Apollinis
Chorus gratiſſimus
Sapientiſſimus
Confluxit huc
Hic floruit
Nympharum grex,
Atque refloruit
Aurea lex.

Con-

Concentibus
Puris amoribus
Regis honoribus
Contentus Sol
Gemmiferi
Non lucens plus
Maris vmbriferi
Petiuit ius.

Vraniæ
Serenis cantibus
Mella ſpirantibus
Decantet nunc
Quàm labilis
Fuerit, vox,
Et hæc amabilis
FOEDERI NOX.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google